



**V**itus natus est in Suevia ex patrítiorum gene  
re Biberaci Imperij oppido anno 1500. Hic à  
pueris optimē educatus, bonis literis operam de-  
dit, & ob innatam quandam animi prudētiā mag-  
num sibi rerum usum comparauit. Accedebat &  
morum integritas, & rara dicēdi facundia. Itaq; pri-  
mō in senatum cooptatus, postea etiam Consul de-  
signatus, in præstantissimum patriæ ciuem euasit.  
Cum autem timore Dei afficeretur, Euangelij do-  
ctrinam facile intellexit, atq; ut ea in patria publicē  
reciperetur, suis ciuib; cū paucis alijs (præsertim  
Iacobo Oegelspachio altero consule prudentissi-  
mo) author fuit. Quoniam uero post bellum Smal-  
kaldicum Cæsar uictor esset, atq; in Augustanis comitijs 1548 noua doctrinæ  
& religionis forma, quam Interim dixeré, Euangelicis Imperij statibus propo-  
neretur, Vitus consentire noluit, atq; plurima, summo uitę & rerum suarū pe-  
rículo, pro patriæ libertate retinenda tentauit. Verū cum sic perseueraret, u-  
nā cum Iacobo Oegelspachio collega uiro optimo, & alijs suis senatoribus E-  
uangelicæ religionis, loco moti fuerunt. Eam contumeliam illi patienter tule-  
runt, & in cognita ueritate, bona conscientia freti, perseuerarunt. Hoc modo  
uterq; consul etiamnum ueneranda canitie conspicui in patria degunt, & suis  
uirtutibus Ecclesiam Euangelicam eius ciuitatis plurimū exornant. In pri-  
mis uero dolendum, quod Vitus omni mascula prole careat, & suæ stirpis &  
familiaæ ultimus existat. Con. Vuolff. Platz.

kaldicum Cæsar uictor esset, atq; in Augustanis comitijs 1548 noua doctrinæ  
& religionis forma, quam Interim dixeré, Euangelicis Imperij statibus propo-  
neretur, Vitus consentire noluit, atq; plurima, summo uitę & rerum suarū pe-  
rículo, pro patriæ libertate retinenda tentauit. Verū cum sic perseueraret, u-  
nā cum Iacobo Oegelspachio collega uiro optimo, & alijs suis senatoribus E-  
uangelicæ religionis, loco moti fuerunt. Eam contumeliam illi patienter tule-  
runt, & in cognita ueritate, bona conscientia freti, perseuerarunt. Hoc modo  
uterq; consul etiamnum ueneranda canitie conspicui in patria degunt, & suis  
uirtutibus Ecclesiam Euangelicam eius ciuitatis plurimū exornant. In pri-  
mis uero dolendum, quod Vitus omni mascula prole careat, & suæ stirpis &  
familiaæ ultimus existat. Con. Vuolff. Platz.